



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Vita Christophori Papae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

# CHRISTOPHORI PAPÆ VITA. 711

## VITA

ANNO  
CHRISTI  
998.

### CHRISTOPHORI PAPÆ.

**C**HRISTOPHORVS inuasor sedis apostolicæ pari modo ab inuasore Sergio pontificatu deiicitur, quo ille prædecessorem suum Leonem quintum legitime electum sede sua amouerat. Nam cum septem menses sedem pontificiam tenuisset, deiectus est e sede violenter per Serium, strictusque vinculis & in carcerem trusus, per vim inductus viram & habitum monasticum suscepit.

Christo-  
phorus se-  
dis inuasor  
& pontifex.

## VITA

### S E R G I I P A P Æ III.

**S**ERGIUS ille nefandus Adelberti Tusciae marchionis armis potentissimis fretus, homo vitiorum omnium seruus, omniumque facinorosissimus, qui vna cum Stephano sexto in Formosum papam supra modum saeuierat, sedem Christophori, non Formosi, ut memoria lapsus asseruit Luitprandus, inuasit, adeoque ab omnibus non legitimus pontifex; sed inuasor sedis apostolicæ est habitus. Ex presbytero, non ex diacono, vel episcopo, ut habent Luitprandus & Sigebertus, factum esse pontificem indicant acta Concilii Romani sub Ioanne IX. celebrati. Ambitione sedis apostolicæ ad Francos se contulit, ait Sigebertus, & eorum auxilio Christophorum inuasorem capiens, & in carcerem trudens, latenter Romam ingressus, papatum inuasit, & Romanos minis ac terribus perpulit, ut omnes ordinationes Formosi irritas haberent. Eumdem etiam ordinatos a Formoso papa exordinasse, nouisque eorumdem ordinationes superinduxisse, testatur Auxilius apud Sigebertum in dialogo, quem hoc tempore contra intestinam discordiam Romanæ ecclesiae de ordinationibus & exordinationibus Romanorum pontificum, aliorumque ab iis ordinatorum, scripsit. Ne quis vero pusillanimis ex hoc facto scandalum accipiat, meminerit, patrata esse haec ab inuasoribus & in-

Christo-  
phorum de-  
posuit.

An factum  
Sergii pri-  
uilegio &